

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Georgius Dorscheus
Argentoratensis D. Ad Exequias ... Michaelis Dammii, Rostoch. adornandas a ...
Georgio Dammen ... Frequentes praesentia cohonestandas Cives Academicos ...
invitat ...**

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747410526>


Druck Freier  Zugang





Dorscheus, J. G.,
in
Mich. Damm.

Rost. 1656.

//







RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,
IOHANNES GEORGIUS
DORSCHENS,
ARGENTORATENSIS D.

Ad Exequias
Præstantissimi & Doctissimi Iuuenis,
DN. MICHAELIS
DAMMII, ROSTOCH.
adornandas

Spektatissimo & Honoratissimo Parente ejus
Dn. GEORGIO DAMMENI, Cive
Cerevisiario & Mercatore Rostoch.

Frequenti presentia
obonestandas

CIVES ACADEMICOS


officiosè & peramanter invitat.

quæ fiet hora I. in templo Mariano.



☉(o)☉

ROSTOCHII,
Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.
Anno 1656.



: תמים תהיה עם יהוה אלהיך : inquit ipse Jehovah Dominus
noster ad cœtum suum sanctum, peculium suum ex servitute Ægy-
ptiaca magna iater miracula fortissima manu & brachio robusto vindic-
atum, populum Israeliticum Deut. XII. v. 13. Chaldæus Paraphra-
stes Onkelos ita representat : שלים תהי בדחלתא דיי אלהך :
P. Fagius ita reddit Chald. *Perfectus esto in timore Domini Dei tui.*
LXX. in Ægypto reddunt. *Τέλει εἶναι κυρίως τοῦ*
θεοῦ σου ; Brylingus LXX. reddit : *Perfectus eris coram Domino Deo tuo.*
Vulgatus Latinus vertit : *Perfectus eris & absq; macula cum Domino Deo*
tuo. Seb. Munsterus ita. *Perfectus eris cum Domino Deo tuo.* Rob.
Stephanus ita. *Perfectus eris cum Jehova Deo tuo.* Tigurini per Leonem
Judæ, & Francisc. Vatablus reddunt. *Sis igitur integer cum Domino*
Deo tuo. addit in schol. num. 15. *sive perfectus, id est, perfectio & sincero*
corde & mente pura cole Dominum Deum tuum. Conrad. Pelicanus re-
tinet Vulgatam. Emanuel Saa pro cum Domino Deo tuo legit coram
Domino Deo tuo. Sebast. Castalio reddit. *Integri estote erga Jovam*
Deus vestrum. Franc. Junius & Imman. Tremellius vertunt : *Integer*
esto cum Jehova Deo tuo. Piscator putat vertendum : *Integer eris cum*
Jehova Deo tuo. B. Lutherus vertit : *Du aber solt ohn wandel sein*
mit dem Herrn deinen Gott. MSCrtum antiquum germanic. ita effert :
und du wirst durchnechtig und ohn flecken für dem Herrn Got. Et ne-
quis putet librarii esse errorem, etiam Gen. 17. 3. esto perfectus redditur,
bis durchnechtig. Johann. Dietenbergius vertit : *Du aber solt vollkom-*
men und auffrecht und ohn makel sein mit dem Herren deinem GOTT.
Joh. Piscator ita. *Du solt vollkommen sein bey dem Herren deinem*
GOTT. Belgica antiqua translatio. *Maer ghy sult sonder ghebreck*
wesen mit den Heere uwe God vor v wech. Anglica ita refert. *Thou*
halt be perfect wvith the LORD thy God. Gallica Genevensis habet :
Tu seras entier avec l' Eternel ton Dieu. Italia Giovanni Diodati habet.
Sii intiero inverso' l' Signore Iddio tuo. Proponit Servus Dei autoritate
summa populo Israelico I. *contentionis scopum.* II. *contentionis ob-*
jectum. De I. dicit. תמים תהיה. *Thamim est integer vita, perfectus*
moribus, immaculatus, innocens, irreprehensibilis. Synonymum ejus est
Tham. Originom habet à תם quod est, *integer, perfectus, absolutus,*

com

completus, finitus, consummatus fuit. LXX. reddunt nunc per ἀπλόως
 simplicem reddo, Job. 22. 3. nunc per τελείω 1. Reg. 7. 21. c. 14. 10. nunc
 per ἡσυχίαν ἔχω Jos. 5. 8. nunc per πένω, 2. Sam. 15. 24. Job. 31. 40.
 nunc per συντελέω. Deut. 34. 8. Jos. 3. 17. c. 4. 1. 10. 11. Esa. 18. 5. Jer. 14. 15.
 Dan. 4. 30. nunc per σφραγίζω, 2. Reg. 22. 4. Dan. 9. 24. Nomen Tha-
 mim & Tham h.l. est ΤέλειⓄ & ἄμωμος Ex 29. 2. Lev. 1. 3. c. 3. 1. 6. 9. c.
 4. 3. 23. 28. c. 5. 15. Psalm. 14. 2. Pf. 17. 26. Pf. 18. 8. 14. Pf. 100. 2. Pf. 118. 1. 80.
 Prov. 11. 20. Ezech. 28. 15. c. 43. 25. ἄμεμπηⓄ. Gen. 17. 1. Job. 1. 1. 8. c. 2. 3.
 c. 9. 20. c. 12. 4. ἀπλάσος. Gen. 25. 27. quem Aquila ἀπλῆν, Symmachus.
 ἄμεμπτον reddit. Καθαρός, Gen. 20. 5. 6. ἀληθινός, Deut. 32. 4.
 ἄκακος. Job. 8. 20. Pf. 23. 22. Prov. 13. 6. ὀσίⓄ. Prov. 2. 21. c. 10. 30. quod Sym-
 machus reddit ΤέλειⓄ, Theodotion ἀπλοῦς, Symmachus,
 ἄκακος. ἀθρῶος innocens, Pf. 17. 28. ὁλοκληρⓄ integer. Ezech. 15. 5.
 Noster locus eum vocat perfectum, qui sincerè, in totum, sine ulla
 reflexione mentis renunciat idololatriæ, & cultum summi, veri, unius
 Dei sine mixtura peregrinæ religionis profitetur. Patet hoc ex *an-*
tecedentibus & consequentibus. In *antecedentibus* dictum est v. 9. cum in-
 gressus fueris in terram, quam Jehova Deus tuus dat tibi, ne discito
 facere secundum abominationem gentium istarum v. 10.
 additur ex. gr. Ne invenitor in te, qui traducat filium suum,
 aut filiam suam per ignem, utens divinationibus, planetariis
 aut conjector, aut præstigiator. v. 11. item utens incantati-
 one aut requirens pythionem, aut ariolus, aut necromantis.
 Ratio additur v. 12. nam 1. abominationi est Jehovæ, quisquis facit ista;
 2. & propter abominationes istas Jehova Deus tuus expellit istas gentes
 à facie tua. Illustratur ratio ex opposito, quo præcipitur, Perfectus &
 integer esto cum Jehova Deo tuo. Pater ergo quod de perfectione
 & integritate adhæssionis vero Deo debitæ sermo sit, qua spernuntur
 ritus, incantamenta, oracula gentium, Diis illorum nihil creditur, re-
 ligio eorum conculcatur, soli uni Deo debitus præstatur cultus, & re-
 velationibus divinis acquiescitur. In *consequentibus* subjicitur v. 14.
 Gentes autem istæ, quarum tu hæres faturus es, planetariis & divinis
 auscultant. Liquet ex oppositione, ad perfectionem & integritatem
 pertinere, ne planetariis & divinis quispiam auscultet, sed ut solas divi-
 nas revelationes audiat. Additur autem, Tu à Domino Deo tuo aliter

institutus es. Subjungitur deniq; insignis promissio de Propheta Maximo, summo, irrefragabili, v. 18. quem esse Messiam etiam ex Midrasch Coheleth probat Raymundus Martini in pug. fidei part 2. cap. 15. §. 16. p. 380. R. Barachias dixit, sicut fuit redemptor primus, (Moses) ita erit redemptor ultimus Messias. Quid redemptor primus? sicut dictum est Ex. 4. 20. Accepit Moses uxorem suam & filios suos & imposuit, vel equitare eos fecit super asinum: sic facturus est redemptor ultimus, sicut dictum est Zach. 9. Pauper & equitans super asinam. Quemadmodum iterum redemptor primus fecit descendere Manna, sicut scriptum est Ex. 16. 4. Sic quoq; redemptor ultimus erit frustum vel pecia, vel placenta frumenti in terra, sicut dictum est Psal. 72. 16. Item quomodo Redemptor primus fecit ascendere puteum; Sic Redemptor ultimus ascendere faciet aquas, sicut dictum, Joel. 3. 23. Et fons de domo Dei egredietur, & rigabit torrentes Hasisim, id est, circumciantium, &c. Unde argumentum Spiritus S. necit firmissimum. Qui populus præter fundatissimas revelationes divinas habet insuper promissionem de Magno & summo Propheta, qui est ipsissimus λόγος æternus futurus, is absq; ulla communicatione cum profanis religionibus perfectus esse cum Domino Deo suo debet. At talis est populus Israeliticus. Ergo absq; ulla communicatione cum profanis religionibus perfectus cum Domino Deo suo esse debet. Ita etiam explicat hæc perfectionem Nicol. Lyranus Comm. h. l. *Perfectus eris Deo fideliter inserviando & absq; macula* PRÆDICTIS Cavendo. Ita & perfectionem Abrahamæ præceptam Gen. 17. 3. exponit: *Esto perfectus prout perfectio viatoribus competere potest, quæ perfectio potissimè sita est in actu Charitatis divinæ, ut sc. Deus toto corde SINCERITER diligatur, omni inordinata affectione circa Creatura exclusa, quatenus nemo nec seipsum, nec aliud quodcunq; Creatum diligat, nisi in Deo & secundum Deum.* Idq; conando & tendendo, ut Lyranus interpretatur. *Esto perfectus, id est, tendens ad perfectionem, quod scriptura non loquitur hic de statu Abrahamæ, ut jam perfecti, sed ut proficientis. Et est similis modus loquendi Matth. 19. si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes &c. non quia juvenis ille hoc faciens statim esset perfectus, sed per hoc tendens ad perfectionem.* Aurel. Augustinus Tom. 7. oper. de perfect. iustit. ad Eutropium & Paulū Episcopos contra Cælestiū Pelagianū col. 14. 23. & seqq. ad hoc & similia de perfectione imperata loquentia dicta respondet. *Esse quædam mandata exigentia perfectionem; nõ autem quæri, utrum hæc præcepta sit, sed utrum hoc ipsum, quod præ-*


præceptum esse constat, in corpore mortis huius impleri possit, ubi Caro
 adversus spiritum concupiscit. 2. quædam testimonia ipsum FINEM, quo
 currendo tendatur, commemorare. Non enim recte curritur, si, quo cur-
 rendum sit, nesciatur, & tamen Finis ille in hac vita, antequam consumme-
 tur cursus, non apprehenditur. 3. quædam testimonia loqui de beneficiis
 spiritualibus inchoatis, quædam de consummatis, quæ erunt tantum in vita
 æterna. 4. Renatos ideo dici perfectos, quia quicquid adhæret imperfectio-
 nis & sordium, tegitur oratione, dimitte nobis debita nostra. 5. *perfectus, in-
 teger, immaculatus* &c. esse phrasi scripturæ, *bonam habens conscientiam, carens
 criminibus damnabilibus & ipsa venialia peccata non negligens quotidiana oratione
 mundare.* Joh. Lorinus *Comm. ad Deut. 18. b. l. Et si perfectio privatior, macula co-
 ram Domino, de qua hic agitur, consistere perse videatur in hoc, ut nihil admittatur
 superstitiosæ divinationis & maleficæ artis & idololatriæ, tamen hinc non in-
 commodè aliqui colligunt, posse nos in hac vita eam assequi perfectionem atq; sic
 macula carere, ut verè ac propriè iusti simus coram Domino, de virtute nihilominus
 in virtutem, eundo quotidie, crescendo atq; proficiendo, quamdiu vivimus.* Sed pos-
 se nos in hac vita talem perfectionem assequi, qua verè & propriè iustissimus
 coram Deo, falsissimum est & alibi confutatum. R. Bellarm. in. l. 4. de *Amis-
 grat. & Stat. pecc. cap. 6. locum nostrum inter objectiones Pelaginas censeat &
 respondet: perfectionem in scripturis non uno modo accipi: interdum perfectos dici,
 qui semper actu diligunt Deum & omnia que faciunt in ipsum actu referunt. Hanc
 perfectionem non esse nobis in hac vita imperatam, sed esse propriam beatorum: in-
 terdum perfectos dici, qui tamen si non semper actu Deum cogitant & diligunt, tamen
 se totos Deo consecrant, & omnia deserunt, ut Deo placeant. Hanc etiam non impe-
 rari, sed consuli. Deniq; perfectos dici, qui Deum super omnia diligunt & licet non
 deserant actu res suas, tamen parati sunt potius omnium rerum, & ipsius vitæ iactu-
 ram facere, quam Dei gratiam & amicitiam perdere, atq; ita servant omnia man-
 data divina, dum nihil admittunt, quod charitati, quæ finis est præcepti, repu-
 gnet. Hunc perfectionis gradum imperatum esse, nec excludere omne peccatum, sed
 ea tantum, quæ charitati repugnant. Sed respondemus, imperatum quidem esse,
 verum in hac mortalitate ab hominibus non impetrabilem. Quis unquam
 mortalium eam perfectionis lineam assecutus est, ut nihil admiserit, quod
 caritati sive in Deum sive in proximum repugnet? Sed nolumus nunc istam
 disputationem ingredi. Videatur de mandatis Dei impossibilibus Bernhardus in
 Cant. serm. L. Occurrit II. contentioni **OBIECTUM**, quod est *Dominus
 Deus noster.* עם יהוה אלהך consideratur a. Dominus Deus 1. ut **PRINCI-
 PIUM** perfectionis. Ex quo uno omnis perfectio, perfectionemq; ope-
 rantia, promoventia, conservantia media. Ille est & *p. à quo πῶν δῶρηται
 ἡ δόξα**


πλειον. Jacob. 1 17 II. ut norma summa atq; regula perfectionis. Hinc & ipsius
lex est perfecta Thamima. Ps. 19. 8. Quod de s. scriptura accipiendum
esse post allegationem Paulinam Rom. 10. 18. docet Tertullianus adv. Marcion. lib.
4 cap. 1. Cyprianus de singularit. Clericor. p. 527. Autor Comm. in Psalm. inter
Oper. Hieronymi Tom. 7. Arnobius junior h. l. Venerab. Beda in Ps. h. l. Johanni.
Gerfon Tom. 2. Oper. p. 510. Strabus Fuldenfis in gloss. ordin. Petrus Lombardus
in Catena, Ludolphus Carthusin expos. Psalm. Johannes de Turrecremata,
Petrus de Harenthalis, Jacob. Perez de Valencia h. l. Jacob. Faber
Stapulensis in Psalt. quincuplici h. l. p. 31. Joh. Baptista Folengius Comm. h. l. se-
quuntur Franc. Titelmannus, Agathius Guidacerius, Isidorus Clarius, Gilb.
Genebrardus, Guil. Damafus Lindanus, Reynerius Snoy-Goudavus, suis
scholiis & notis ad h. l. Petr. Bongus Bergomas in myster. numer. pag. 60. Del-
Rio in adag. sac. Tom. 2. p. 470, Gregorius de Valent. Tom. 1. opusc. p. 12.
Lorinus Comm. h. l. III. ut exemplum vivum atq; efficacissimum. Ad id digitum
intendit salvator, cum ad hoc dictum respicit Matth. 5. 48. & ait: Estote
igitur vos perfecti, sicut pater vester in cœlis perfectus est. Q. d. videtis omnis
perfectionis speculum in summo Deo, Patre vestro, qui in cœlo est, & vos
sursum elevatos cupit, tanquam Filios suos. Intelligite quantum distetis, ut
inter Patrem & filium aliqua sit similitudo, uti esse decet. Enitimini, ut ali-
quam consequamini. Johann Maldonatus Comm. h. l. col. 132. Sicut, non æqua-
litatem, sed qualitatem similitudinemq; declarat, & eam quidem similitudinem,
quæ inter Deum & hominem, non quæ inter hominem & hominem esse potest.
& post. Proponit igitur nobis Christus signum ad collimandum, quo scit nos perveni-
re non posse, ut quo possumus, perveniamus. Non vult nos eò usq; progredi, sed non
stare. Vult a nos omnibus in rebus quam simillimos esse patri, sed in ea maxime, quæ
illi est maxime propria, misericordia. IV. ut inhabitator perfectionis ἐνοικήτης.
Esto perfectus cum Domino Deo tuo, inquit Spiritus sanctus. Cum
Domino Deo esse & esse perfectum notat ejus gratiosam præsentiam, qua
inhabitat ipse substantialiter cum omni gratiæ cœlestis plenitudine per-
fectionis studiosos. Neq; n. perfectio Deo grata distare à Deo, aut ab-
sente Deo esse potest. Facit ad perpetuum perfectionis incremen-
tum, si omnem perfectionem amante & urgente Deo nos habitari
nobis in perenni sit memoria. Quade re latissime tractarunt Anton. Le-
gandier Castro Theodoricianus de natura & statibus perfectionis sectione 9. tota
p. 376. & s. Franc. Arias in exerc. de præsent. Dei cap. 4. 5. 6. & s. Joh. Crom-
beccius de studio perfect. lib. 2 toto. V. ut memoriale perpetuum, Q. d. me-
mentore cum Domino Deo vestro esse, & quia non nisi perfecti cum eo esse
potestis, mementore esse perfecti. Meministis, quanta Dominus, Deus
vester

vester vobis magnaalia & beneficia exhibuerit. Inexcusabiliter peccaretis, si
 sub illius auspicio præsidioq; perfectioni studere nolleris. meministis, quid
 omnino retro non perfectis, nec sincerè Deo coherentibus factum sit.
 Fugite tragicas vindictas. Versatur ob oculis vestris Pharaos, toties recidi-
 vus, nunquam integer. Adnitamini ergo, ut sinceritatem & integritatem
 debitam præsteris. VI. ut perfectionis pharmacum. Q. d. in vobis non est
 Tham perfectio, quamvis ad eam strenuè decurrere debeatis. Estote autem
 perfecti cum Deo vestro, sine quo nunquam perfectionem consequemini.
 Cum Deo, inquam, vestro, quem scitis benignissimum premissorem contri-
 tionis capitis serpentini, à quo dira damnabilis imperfectionis potestas super
 vos invecta est; quem scitis apparitorem in semine Abrahæ, benedicturumq;
 omnibus gentibus; quem nescitis esse Jehovam à Jehova missum ad salvan-
 dum Lothum, esse vindicem Jacobi Angelum, Angelum forti brachio &
 extenta manu ex Ægypto populi vestri eductorem, cujus futuris tempori-
 bus adornandam redemptionem admirabilem in sacrificiorum apparatu con-
 spicitis. Est ibi sacrificium suo modo Tham, uti in requisitis offerendorum
 animadvertitur. Præcipuum autem in eo animadvertendum est דם דם
 sanguis. Ille destinatus est pro vobis ad expiationem faciendam pro ani-
 mabus vestris. Lev. 17. 11. Sed, ut bene animadvertitis, iste vitulorum &
 hircorum sanguis in se nihil ad דם דם perfectionem confert. Altior Τελείωσις
 requiritur. Ea fluit ex compunctione Calcanei seminis Mulieris, Gen. 3. Itaq;
 THAM ex DAM fluit. Inde est tunica justitiæ. Es. 61. 10. quæ tota
 perfectione animam induit. In his meditationibus Curriculum cer-
 tamini sui ad ultimum agonem usq; exegit Præstantissimus & Literatissi-
 mus Dn. MICHAEL DAMM Rostochiensis, JURIS Stu-
 diosus veteranus, pridem à Domino Deo nostro ad perfectio-
 nem evocatus. Ut id ostendamus, ad vitæ primordia recurrimus.
 Nascendi a felicitatem habuit DAMMIUS beatus à parentibus honestissimis,
 Patre viro Spectatissimo & nominatissimo GEORGIO DAMMIO, Cive
 cerevisiario & mercatore apud nos honoratissimo; Matre verò, ornatissima
 Matrona, CATHARINA GARZIA b.m. Avum paternum habuit, virum
 insigni probitate conspicuum Dn. MICHAELEM DAMMIUM, Civem, ce-
 revisarium & mercatorem apud nos commendatissimum, Ecclesiæ Nicolai-
 ranæ presbyterum dignissimum. Aviam paternam habuit, lectissimam
 matronam ANNAM Harstros. Avum maternum habuit virum optimum
 MARTINUM GARZIUM, Civem, cerevisarium & mercatorem hujus loci
 præcipuum. Aviam maternam, egregiæ virtutis feminam Catharinam
 Rordes/ b.m. Ex hac pia stirpe oriundus noster DAMMIUS illico ad regene-
 rationis


rationis fontem deductus est. Cumq; adultiore mores aptitudinem ingenii ad caprum bonarum literarum indicassent, id optimi parentes sibi curandum judicarunt, ut domi forisq; bene educaretur. Anno CHR. *clō lōc XLIII.* ad scholam Gustavoviensem missus est. Postea tum in patria Cl. Viro Jeremiae Nigrino Rectori scholæ oppidanae, tum Lubecæ Cl. Viro Dn. M. Sebastiano Mejero Rectori formandus ulterius traditus fuit. Jactis in his scholis fundamentis tandem consilio Excellentiss. & perquam reverendi Domini D. Joh. Corfinii, Antistitis Hamburgensis, Greipsvaldiam ablegatus est, usus convictu & conversatione Dn. M. Dedekindi, Viri Clarissimi, P.P. Excellentissimi. Volutatis inter Theologicum & politico-juridicum studium ambiguis cogitationibus, cum Hamburgi apud consanguineos suos aliquandiu substitisset, & in formandis aliquot e Frisia adolescentibus perennasset, ardenti febris gravissimè correptus fuit. Dn. Parens, domi non minus periculosè decumbens, cognito filii dilectissimi morbo, omni industria adhibita, effecit, ut eidem & domus suæ auxiliis & medicis consiliis præsentis succurrere posset. Itaq; reducem Anno Christi *clō lōc LIII.* Experientiss. Dn. D. Stephano Sculteto, P.P. Excellentissimo, b.m. curandum tradidit. Hic, ominatus morbum unius anni curatione vix expugnabilem esse, ipse magno boni publici desiderio fati cessit. Igitur sollicitudo ad Experientiss. & Excellentissimum Dn. D. Joh. Bacmeisterum, P.P. & Poliatrum devoluta est, qui aliquas a pertinacia morbi obtinuit inducias. Cum verò præterito anno recidivam præsentisceret B. DAMMIUS noster, Experientiss. & Excellentiss. Dn. D. Casp. Marchium, veterem Gripsvaldiæ patronum, in consilium adhibuit, qui adeo feliciter visus est nonnunquam morbum oppugnasse, ut expugnaturus putaretur. Sed scorbuti abdita vis, quam & hypochondriaci motus & symptomata alia auxerunt, & Medici industriam elusit, & B. DAMMIO nostro acutissimos dolores excitavit. Itaq; mundanis adjumentis sequestratis ad ecclesiæ conversus, Viaticum percipere eucharisticum gavissus est. Percepto illo sensuam officium per aliquot dies interceptum habuit, anima interea in Deo hospite suo tuta, qui eam præterita Martii XII. Aug. è corpore evocata cælestibus sociavit. Ita per DAM sanguinem redemptoris sui DAMMIUS noster Tham perfectus factus est cum Domino Deo suo. Dn. PARENTI spes, quas ex profectibus filii conceperat, Deus ex æternitate pensabit, familiae florem & gaudia aliunde excitando. Quotquot verò mortalitatis & honestatis cura tangimini, CIVES ACADEMICI, facite præsentia pia compositaq; vestra beate defuncto nostro exequias, quæ testentur, vos inter mortalitatis curas beatam æternitatem meditari. Valere optimè, Perfer.

ROSTOCHII A. O. R. *clō lōc LVI. XV.* Augusti.





praeceptum esse constat, in corpore mortis huius imp
 adversus spiritum concupiscit. 2. quaedam testimonia i
 currendotendatur, commemorare. Non enim recte
 rendum sit, nesciatur, & tamen Finis ille in hac vita, an
 tar cursus, non apprehenditur. 3. quaedam testimoni
 spiritualibus inchoatis, quaedam de consummatis, qua
 aeterna. 4. Renatos ideo dici perfectos, quia quicquid a
 nis & sordium, tegitur oratione, dimitte nobis debita n
 teger, immaculatus &c. esse phrasi scripturae, bonam haben
 eriminibus damnabilibus & ipsa venialia peccata non negligem
 mundare. Joh. Lorinus Comm. ad Deut. 18. b. l. Et si perfectio
 ram Domino, de qua hic agitur, consistere perse videatur in h
 superstitiose divinationis & maleficae artis & idololatri
 commodè aliqui colligunt, posse nos in hac vita eam assequi
 macula carere, ut verè ac propriè iusti simus coram Domino,
 in virtutem, eundo quotidie, crescendo atq; proficiendo, quam
 se nos in hac vita talem perfectionem assequi, qua verè
 coram Deo, falsissimum est & alibi confutatum. R. Bel
 grat. & Stat. pecc. cap. 6. locum nostrum inter objectiones
 responder: perfectionem in scripturis non uno modo accipi: in
 qui semper actu diligunt Deum & omnia quae faciunt in ipsu
 perfectionem non esse nobis in hac vita imperatam, sed esse pr
 terdum perfectos dici, qui tamen non semper actu Deum cogit
 se totos Deo consecrant, & omnia deserunt, ut Deo placeant.
 rari, sed consuli. Deniq; perfectos dici, qui Deum super omni
 deserant actu res suas, tamen parati sunt potius omnium rerum
 ram facere, quam Dei gratiam & amicitiam perdere, atq; in
 data divina, dum nihil admittunt, quod charitati, quae fru
 gnet. Hunc perfectionis gradum imperatum esse, nec excludere
 ea tantum, quae charitati repugnant. Sed respondemus, imp
 verum in hac mortalitate ab hominibus non impetrabile
 mortalium eam perfectionis lineam assecutus est, ut nisi
 caritati sive in Deum sive in proximum repugnet? Sed ne
 disputationem ingredi. Videatur de mandatis Dei impossibil
 Cant. ferm. L. Occurrit II. contentioni **OBIECTUM**
 Dem noster. עם יהוה אלהיך consideratur a. Dominus
PILUM perfectionis. Ex quo uno omnis perfectio, p
 rantia, promoventia, conservantia media. Ille est &



Caro
 I, quo
 o cur
 mme-
 efficiis
 n vita
 ectio-
 us, in-
 carens
 atione
 la co-
 itatur
 non in-
 itq; sic
 minus
 d pos-
 timus
 Amis.
 nset &
 s dici.
 Hanc
 n: in-
 tamen
 impe-
 et non
 jactu-
 man-
 repu-
 n, sed
 n esse,
 quam
 quod
 tan-
 dus in
 minus
 NCI-
 ope-
 omne
 dnoy